Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



287

adrõnus

sedm tempus pro impiis mortuus
3. Vix enim pro iusto quis moriet. Nam pro bono forsitan quis
audeat mori Commendat autem
charitatem suam deus in nobis: quoniam
cum adhuc peccatores essemus secundum
tempus christus pro nobis mortuus
est. Multo igitur magis nunc
iustificati in sanguine ipsius salvi
erimus ab ira ipsum Si enim inimici
essemus reconciliati sumus
deo per mortem filii eius multo magis
reconciliati salvi erimus
in vita ipsius. Non solum autem sed
et gloriamur in deo per dominum
nostrum ihum christum per quem nunc re-
conciliationem accepimus. Propter hoc sicut
per unum hominem peccatum in hunc mundum
intravit et per peccatum mors et ita in
omnes homines mors pertransivit in
quo omnes peccaverunt. Usque ad
legem enim peccatum erat in mundo
peccatum autem non imputabatur cum lex non esset: sed regnavit mors
ab adam usque ad moysen etiam in
eos qui non peccaverunt in simi-
litudinem praevaricationis ade: qui est
forma futuri Sed non sicut delic-
tum: ita et donum. Si enim unius
delicto multi mortui sunt: multo
magis gratia dei et donum in gratia
unius hominis ihu christi in plures
habundavit et non sicut per unum
peccatum ita et donum. Nam iudicium
ex uno in condemnationem: gratia
autem ex multis delictis in iustifi-
cationem. Si enim unius delicto per
mortem regnavit per unum: multo
magis habundantiam gratiae et
donationis et iustitiae accipientes
in vitam regnabunt per unum ihum
xpm. Igitur sicut per unius delictum
in omnes homines in condemnationem
sic et per unius iustitiam in omnes
homines in iustificationem vitae. Sic
enim per inobedientiam unius
hominis peccatores constituti sunt multi
ita et per unius obedientiam iusti
constituentur multi. Lex autem subintrauit. ut habundaret delictum ubi
autem habundavit delictum superha-
bundavit gratia: ut sicut regnavit peccatum in morte: ita et
gratia regnet per iustitiam in vita
eternam: per ihum christum dominum
nostrum:

VI

Quid ergo dicemus. Manemus
in peccato: ut gratia
habundet absit. Si enim
mortui sumus peccato: quomodo adhuc
vivemus in illo An ignoratis fra-
tres: quia quicumque baptizati sumus
in christo ihu in morte ipsius bapti-
zati sumus. Consepulti enim sumus cum
illo per baptismum in mortem ut quo-
modo surrexit a mortuis per gloriam
patris: ita et nos in novitate vi-
te ambulemus Si enim complantati
facti sumus similitudini mortis
simul et resurrectionis erimus
hoc scientes: quia vetus homo nos-
ter simul crucifixus est. ut destruatur
corpus peccati: ut ultra non seruia-
mus peccato. Qui enim mortuus est
iustificatus est a peccato Si autem
mortui sumus cum christo credimus
quia simul etiam vivemus cum christo
Scientes quia christus resurgens
a mortuis iam non morietur mors
illi ultra non dominabitur. Quod enim
mortuus est peccato mortuus est
semel: quod autem vivit vivit deo
ita et vos existimate vos mor-
tuos esse quidem peccato: viventes autem
deo in christo ihu. Non ergo regnet
peccatum in vestro mortali corpore: ut
obediatis concupiscentiis eius Ne-
que exhibeatis membra vra
arma iniquitatis peccato: sed ex-
hibete vos deo tanquam ex mortu-
is viventes: et membra vra arma
iustitiae deo. Peccatum enim vobis non